



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Caput C. Item de eodem & quodam mirabili facto cujusdam Balistae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

*Poppo de Oserna VI. Magister Gen. Ordinis Teut.
Helmercius de Reichenberge VI. Mag. Prov. in Prussia.*

ANIMADVERSIO.

(a) Hercus Monte ab aliis appellatur. Henrici nomen dicitur in baptismo accepisse. *vid. sup. Cap. 84.*

CAPUT C.

*Item de eodem & quodam mirabili facto
cujusdam Balistæ.*

Nullus sufficeret ad plenum perorare, quot modis & quam variis & subtilibus Sambitæ & alii Prutheni castrum Kunnigsbergk sæpius impugnant, sic quod ex utraque parte plures occisi fuerunt & lethaliter vulnerati. Unde accidit una vice, quod Sambitæ cum Exercitu impugnantes dictum castrum, adeo infesti fuerant in hac pugna, quod quidam frater inter alios, qui se ad defensionem opposuerant, coactus fuerit relinquere balistam tensam & effugiens vix evasit, quam balistam quidam Sambita tollens suspendit ad collum suum. Alii circumstantes admirati fuerunt ultra modum, quid esset, quia prius talia non viderunt, & in diversis locis manibus attrectantes, tandem quidam per depressionem resolutâ clave, corda balistæ collum ejus præcidit, ita ut post tempus modicum exspiraret, de quo facto Prutheni balistas valdè de cætero timuerunt.

CAP. CL.

De

*Destructione oppidi Kunnigsberg sitz
in monte S. Nicolai.*

Circa Ecclesiam Parochialem (a) S. Nicolai in monte juxta

Cc 2

Ca-